



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

Titulus I. De Summa Trinitate & Fide Catholica. D. 2. S. 1. C. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

sionem habentibus, acceptatæ, de quibus
Publicistæ, ut Schwederus, Vitriarius, &c.

18. Unde Jurisprudentia publica Ro-
mano-Germanica describi solet, quòd sit:
Habitus practicus Leges publicas Roma-
no-Germanicas in genere positas ad casus
speciales in ea Rep. existentes applicandi,
ut appareat, quid justum in iis sit, quid in-
justum. His prælibatis sit

L I B E R p r i m u s D e c r e t a l i u m .

T I T U L U S I.

D e S u m m a T r i n i t a t e & F i d e C a t h o l i c a .

1. A DEO supremo Legislatore, uti
JUSTINIANUS Codicem, ita GREGO-
RIUS IX. auspicatur Jus Canonicum, quia
Leges Ecclesiasticæ potissimum ex Præ-
ceptis Divinis & principiis Fidei, veluti
rivuli è fontibus, elicuntur. Itaque hoc
Titulo de DEO & Fide statuuntur se-
quentia:

2. I. In Decretalibus *Cap. Firmiter*
„Firmiter credendum proponit Ponti-
„fex, Unum esse DEUM & tres Personas,
„sed unam Essentiam sive Naturam: Uni-
„genitum DEI Filium esse incarnatum
„pro salute humani generis, in ligno Cru-

„cū passum & mortuum &c. Cujus Cor-
 „pus & Sanguis in Sacramento Altaris
 „continentur, transsubstantiatis pane in
 „Corpus, & vinō in Sanguinem: Unam
 „esse fidelium universalem Ecclesiam,
 „extra quam nullus omnino salvatur: Sa-
 „cramentum Baptismi rite collatum tam
 „parvulis, quam adultis, proficere ad sa-
 „lutem; ac si post Baptismum quisquam
 „prolapsus fuerit in peccatum, per veram
 „posse semper pœnitentiam reparari. De-
 „nique non solum virgines & continen-
 „tes, verum etiam conjugatos per rectam
 „fidem & operationem bonam ad æter-
 „nam mereri beatitudinem pervenire.

3. C. *Damnamus.* 2. h. T. *damnat Pon-*
 „*tifex Tractatum Abbatis Joachim con-*
 „*tra Petrum Lombardum, in quo negat,*
 „*Tres Personas Divinas esse unam Essen-*
 „*tiam & Naturam, asserens, solum esse*
 „*inter illas unitatem similitudinariam,*
 „*quemadmodum multi Fideles sunt una*
 „*Ecclesia; hanc sententiam vel doctri-*
 „*nam defendens vel approbans tanquam*
 „*hæreticus ab omnibus evitetur. Per hoc*
 „*tamen Joachim non fuit damnatus tan-*
 „*quam hæreticus, quia propriâ manu*
 „*subscripsit, quod omnia scripta sua Apo-*
 „*stolicæ Sedis judicio approbanda seu*
 „*etiam corrigenda submittat, eamque*
 B „ fidem

„fidem teneat, quam Romana tenet Ecclisia, cunctorum Fidelium Mater & Magistra. Reprobatur quoque perversissimum dogma impii Almarici, cuius doctrina non tam hæretica, quam insana est censenda.,, Verum quale fuerit in specie dogma, in textu non exprimitur. Inter cætera fertur docuisse: 1. Christus non est cum corpore aliter in Eucharistia, quam in alio pane. 2. Deus sic locutus est in Ovidio, sicut in Augustino. 3. Erigentes Altaria & colentes imagines sunt idololatræ. 4. Nulla speranda est gloria, aut timenda gehenna. 5. Si actus peccaminosus fiat ex affectu charitatis, cessat esse malus. 6. Si Adam non peccasset, nulla fuisset sexus diversitas, sed homines multiplicarentur sicut Angeli, &c. Ob quos errores ejus ossa Parisiis jussu Regis combusta sunt.

4. II. In Sexto. Cap. unic. *Fideli. b. T.* Ponitifex damnat omnes, qui negare præsumpserint, æternaliter Spiritum S. ex Patre & Filio procedere; sive etiam temerè ausint afferere, quod Spiritus S. ex Patre & Filio tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex uno, procedat.

5. III. In Clementinis Cap. unic. *Fidei Catholice. b. T.* damnatur doctrina assertens, quod substantia animæ rationalis

„verē

DE SUMMA TRINITATE ET FIDE CATHOL. 19
„verè ac per se humani corporis non sit
„forma: Rejicitur opinio dicentium, par-
„vulis quidem in Baptismo culpam re-
„mitti, sed gratiam non conferri; & ap-
„probatur opinio docens, quod in ipsa
„justificatione cum remissione peccato-
„rum conferantur gratia & virtutes; quæ
„de facto ex Trid. sess. 6. Can. II. ubi dicit:
„Si quis dixerit, homines justificari solâ
„peccatorum remissione, exclusâ gratiâ
„& charitate, anathema sit, est de fide.

Contenta hujus Tituli Canonistæ ad
Theologiam, velut sedem illorum pro-
priam, remittunt.

T I T U L U S II.

De Constitutionibus.

I. **C**ONSTITUTIO, sic dicta à *statuendo*, est
lex positiva condita ab habente po-
testatem obligandi subditos. Unde, per se
loquendo, Ordinationes seu Statuta Ca-
pitulorum, à Papa vel Episcopo non ap-
probata, in rigore statuta non sunt ob de-
fectum jurisdictionis & potestatis legis-
lativæ; sed solum obligant membra talis
Collegii vi præstiti juramenti, vel per mo-
dum pacti ab iis initi. Quæ à Canonistis
h. T. tradi solent de Legibus, vide com-
pendiose tradita in Nucleo Theologiae